



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

21. Decisio Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Ghislerio, in causa
Raugusina Electionis. Mercurii 1. Iulii 1643.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

& 6. Nouembris 1617. coram bonem. Coccino. & coram Gregorio dec. 153. n. 2. & in dec. 588. n. 5. p. 1. recent. Etiam si indultum contineat electionem dignitatis, quæ spectat ad Capitulum provt contingit in casu huius decisionis, vt resolutum fuit coram Gregorio in dec. 240. & notat Gonzal. ad eadem reg. gloss. 19. n. 16. in fin. vbi rationem confiderat, quia in Regula referuatur beneficia pertinentia ad omnimodam dispositionem Ordinarij quæ efficacior, & potentior reputatur quàm sit electio, quæ minus tribuit ex not. in c. Authent. de elect. lib. 6. Rot. dec. 6. n. 2. eod. tit. in nou.

3. Et licet in Indulto fel. record. Sixti ad sint plures clausulae pondere, & numero prægantes, quæ ex superuenienti regula referuatoria non videntur tolli potuisse, vt in similibus terminis tenuit Rot. in d. Afor. in. Archidiaconatus 19. Martij 1576. coram Seraphino inter impressus dec. 291.

4. Tamen cum in hac materia inspicere debeat quænam dispositio contineat potentiores clausulas, & derogationes, vt aduertit Garz. de benef. 5. p. 1. n. 566. Rot. coram Greg. d. dec. 240. n. 1. Non videtur ob stare ea Seraphini decisio dum loquitur in terminis Regulae Pauli III. & aliorum Pontificum, quæ non habebant clausulas ita amplas, & efficaces provt continet Regula nona referuatoria à Clemente VIII. Pontifice potentioribus & efficacioribus clausulis fultita, vt ad eam decisionem Seraphini respondit Rot. in d. Compagna Iuris patronatus 23. Ianuarij 1603. & 3. Decembris 1604. coram Lieta. Quod verò efficaciores derogationes & clausulas contineat Regula referuatoria mensium Clementis VIII. quàm habeat Indultum Sixti Capitulo Montis Alti concessum, ex eo colligitur quod illa fuerunt appositæ in Regula quæ vim legis Constitutionis habet, vt considerauit Lotter de re benef. 9. 36. n. 2. & aduertit Rot. dec. 666. n. 5. in fin. part. 1. recent. & ideo censetur sufficienter derogatum quibuscumque derogatoriarum derogatoriis contentis in Indulto, seu concessione particulari, vt tradit Iaf. in l. vltima n. 5. C. si contra ius, vel vilius. public. Felin. in c. constitutus n. 5. in 2. limitat. de rescript. & in c. accedentes n. 5. de prescrip. Gemian. in c. cum non deceat n. 6. de elect. Couar. in rub. de test. part. 2. n. 20. vers. Quartum, Garz. de benef. c. 1. part. 5. n. 567. Rot. in Tirafonem, in 5. presentan. 19. Ianuarij 1583. coram Robustero, relata per eundem Garz. eadem part. 5. n. 959. & in Cameraacen. Canonicius 4. Iulij 1578. coram Lancelotto. Præsertim cum in eadem regula fuerit à Sanctissimo D. N. appositæ clausula, Quorum tenores, quæ tantæ reputatur efficacia, vt per eam censetur derogatum Indulto Sixti perinde ac si tenor dictarum literarum cum derogatoriarum derogatoriis, fuisset insertus in hac Regula, iuxta consil. Butrij 49. sæpius approbatum in hoc Tribunali, vt testatur Cassador. dec. 16. n. 2. & dec. 38. n. 3. super Regulis, Put. dec. 415. n. 5. & 6. lib. 2. Rot. dec. 213. n. 1. part. 1. & dec. 161. n. 1. part. 2. Auerf. & not. Bald. in c. cum dilectus n. 12. de rescript. Gonz. ad hanc Reg. gloss. 36. num. 29. Gomez in proxim. Regul. q. 6. n. 8.

5. Præterea in ea continetur clausula generalis referuatoria Indultorum cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, & efficacioribus, & insolitis clausulis, quæ operantur derogationem indulto tam in ea parte in qua continebatur, quod illud nunquam sub referuationibus Apostolicis comprehenderetur etiam sub Data posteriori, vt considerauit Rot. in d. Casar augustana Parochialis de Maiella 14. Nou. 1616. & 6. Nou. 1619. coram bonem. Coccino inter impress. p. 4. rec. dec. 319. & 568. & in dec. 666. n. 2. part. 1. rec. & aduertit Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 38. n. 33. quàm etiam in altera parte, vt toties de nouo renouaret, quoties fuisset derogatum, vt considerauit Rot. in d. Compagna Iuris patronatus 13. Decembris 1604. coram Lieta, & notat

Gonz. ad d. Regul. 8. gloss. 36. n. 88. Quinimo talis res sequatio appositæ in adulto aduersus Regulas Cancellarie per futuros Pontifices edendas, solum suffragari potest in vita Pontificis edendas, solum suffragari veto defuncto non tueretur à Regula Successoris, in qua adfit clausula derogatoria quorumcumque Præuilegiorum. Quorum tenores habeantur pro expressis, vt tradit Ioann. Monachus in c. licet Romanus num. 7. & ibi Prob. n. 11. de constit. in 6. Surd. conf. 47. n. 1. conf. & dicit. Ioann. Monach. & aduertit Lotter. de re benef. lib. 2. q. 39. n. 15. cum Antecessor. legem Successori imponere non valeat, ex notat. in Authent. quomodo appretat Episc. in princ. & in leg. digna vox, vbi post gloss. in verb. iudicamus not. Bald. num. 4. & in cons. 161. num. 2. lib. 3. Rot. in Perusina pensionis 12. Ianuarij 1614. coram Sarrato, Gratian. discept. forens. c. 348. num. 6. & sequent.

6. Non obstat quod indultum fuerit Capitulo Civitatis Montis Alti concessum, quæ erat patria Pontificis, & ita personis valde gratis, & dilectis, vel saltem bene meritis, quæ comprehendi non debent sub hac Regula, Roman. in cons. 498. n. 18. & 19. Scl. de benef. 3. part. quest. 15. n. 23. & not. Gonzal. ad hanc eandem Reg. gloss. 26. n. 70. Dum enim in eadem Regula fuerunt appositæ derogationes derogatoriarum, non debent examinari caulæ Præuilegij, vt aduertit Rot. in d. Casar augustana de Maiella 14. Nouembris 1616. coram bonem. Coccino. Præterea cum in Regula facta fuerit mentio quorumcumque collatorum, sub ea comprehendunt etiam collatores ex Præuilegio, etiam Capitula, & Communitates, vt firmavit Rota in adducta decis. 240. n. 3. coram Gregorio, & not. Garz. de benef. 5. part. cap. 1. num. 619. Simonett. de referuat. q. 68. num. 2. Doct. in c. cum Clericus §. final. de Præb. lib. 6. post gloss. in verb. spectat. non obstante affectione, & benemerentia, dum illa considerari non poterat in successore cui Antecessor non valuit legem imponere, ex not. in l. digna vox. C. de legibus, cum alijs per Lotter. de re benef. lib. 2. q. 39. n. 16.

7. Non obstat altera obiectio fundata in contraria obseruantia eligendi, etiam si talis dignitas vacauerit in mensibus referuatis, quæ obseruantia potissimum attendi solet per interpretationem Legis, & Constitutionis Pontificis, vt dixit Rota in dec. 509. n. 1. & 2. part. 1. diuers. & in dec. 455. in 1. part. 4. recent. & in Elboen. iuris conferendi 13. Nouemb. 1637. coram R. P. D. meo Carillo.

8. Hæc enim obseruantia non iustificatur, & licet probata fuisset, suffragari non posset, dum ea expressè tollitur à Regula, & Decreto irritanti quod annullat obseruantiam contrariam, & operatur vt inferior contrauenire non possit sub pœna nullitatis, ex not. in c. si eo tempore 45. de elect. lib. 6. Abb. in c. dilectio 35. n. 14. de præben. Cum alijs per Gabr. de claus. concl. 4. n. 57. & 58. coram Bellam. dec. 526. de rescript. & dec. 301. n. 13. p. 5. recent.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO XXII

Sacra Rot. Roman. coram R. P. D. Ghislerio.

In causa Ragusina Electionis.

Mercurij 1. Iulij 1643.

§. 1. Vacante per resignationem in manibus Ordinarij Archiepiscopis terato Cathedralis Ragusinae Capitulum elegit D. Annibalè Palmotam, deinde recedens ab hac electione elegit D. Draghi Georgium, quem Archiepiscopus instituit, & immisit in possessionem.

nem. Ab his appellavit Palmotta introduxit causam appellationis coram A. C. à quo per sententiam obtinuit declarari, electionem Draghi, & institutionem esse inualidam, electionem vero de eo factam esse validam, sibi que deberi dictam dignitatem; A qua sententia interposita appellatione, pretendens Palmotta, gesta post eius electionem esse attentata, & ideo esse apponendum sequestrem, obtinuit in Rota iuxta petita responderi pro appositione sequestri. Quia quando possessio est vitiosa, & attentata, ut citius lites finiantur Rota passim in Beneficialibus solet apponere sequestrem. *Castad. dec. 3. n. 6. de rest. spoliar. Caputaq. dec. 1. 7. part. 3. Rota dec. 1370. inter impressas divers. part. 3. & dec. 658. n. 10. part. 1. recentior.*

2. Quod autem possessio capta per Dragum sit vitiosa & attentata, satis patet, quia illa fuit capta, postquam Palmotta iam electus appellavit, à noua electione quam Capitulum facere intendebat, & illa deinde facta, ab illa iterum appellavit, & nihilominus Capitulum post dictam primam appellationem elegit Dragum, & vltorius post aliam appellationem ab electione Draghi, ipsum etiam mandauit presentari Archiepiscopo, qui illum instituit, & in possessionem immisit. Vnde talis possessio videtur attentata uti capta post appellationem, quae licet extrajudicialis operatur, ut omnia, quae sunt contra, & post appellationem subsistant vitio attentatorum ad text. in c. cum nobis de elect. vbi Innoc. n. 2. Butr. n. 23. Imol. n. 8. Ioann. Andr. n. 12. Abb. n. 7. qui & hoc idem firmat in c. bona mem. n. 10. vers. duodecima differentia de appellat. vbi Dec. n. 34. & Franc. n. 29. & segg. Lancell. de arrent. lit. pend. c. 12. p. 2. limit. 3. n. 6. & segg. alios cumulat bon. mem. *Burrat. dec. 859. n. 1. & 5.* vbi quod appellatio extrajudicialis non causat attentata, nisi possessio capta fuerit contra, & post appellationem, & fuit dictum in *Mileuitana Mareficialis 10. Dec. 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & prius idem censuit Rota in Vrgell. Archidiaconatus 24. Novembris 1581. coram Gifso,* coram quo Rota censuit possessionem apprehensam post interpositam appellationem extrajudicialem esse attentatam, ideo ex officio Iudicis sequestrandam iuxta hylum Rota ex ibi allegatis, ut in copia data atque ideo possessio capta à nouo electo est sequestranda iuxta decisiones supra allegatas.

3. Vltorius censuerunt DD. iustificari causam appellationis interpositae per Palmottam, tum quia licet electus in paritate votorum, quae regulariter non faciet electionem, c. Ecclesia vestra, c. in Genesi de elect. cum aliis allegatis in *Amplonem. de Roncissualles coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Tolerana Canoniciatus* nuperime resoluta coram R. P. D. Cerro. tamen quia alia mediatas eligentium elegit scienter inhabilem ob defectum aetatis, Palmotta fuit canonicè electus, cum vota eligentium inhabilem non computentur, & ius eligendi fuerit consolidatum, in aliis electoribus, qui Palmottam elegerunt. Nam quotiescumque eligentes eligunt scienter (prout hic) personam incapacem, ius eligendi remanet penes alios, qui non concurrunt in electione incapacis, etiam si sint in numero pauciores de postulat. *Prælar. c. bon. mem. il primo. cap. cum in curia, & cap. cum Vintro iensit, & c. dudum in primo de elect. gloss. in c. si foris 66. dist. 8. Abb. in cap. cum in iure in fine de elect. quod procedit etiam si ius eligendi remaneat penes vnum dumtaxat, & ratio est, quia pena eligentium incapacem, non debet afficere innocentem, cap. quæsiuit de his, quæ sunt à maior. v. Capit. Barbol. de iur. Ecclesiast. cap. 19 n. 86. ita censuit Rota in Leonien. Abbatissarus 4. Iulij 1642. coram me tum quia Palmotta in omnibus Capitulis asserens dignitatem sibi deberi accessit suæ electioni, quod in paritate votorum facere potuit, adeo ut dicatur, maiorem nume-*

rum votorum habuisse, ut non poterit deueniri ad nouam electionem, Abb. in *Conf. 25. n. 2. circa fin. vers. hic norantur libri, & in c. cum in iure n. 8. vers. nam. & compromissorij de elect. Paril. de resign. lib. 9. quest. 17. n. 108. Franc. Marc. dec. 931. bon. mem. *Burat. dec. 113. n. 4. & stante iustitia appellationis interpositæ à noua electione quàm Capitulares facere tentarunt ratione talis appellationis, attentata deinde fuit noua electio cum omnibus inde sequentibus tanquam directè contrariis appellationi.**

Et ita pro appositione sequestri fuit resolutum, Dec.

DECISIO XXII.

Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Carillo.

In causa Lucana Suffragiorum.

Luna 7. Aprilis 1642.

§. 1. IN Castro, Camaioris Lucen. Dioc. extat Ecclesia collegiata cuius Clerus constat quindecim personis nempe Priore, octo Canonicis, & sex Capellanis; qui omnes vocem habent in Capitulo. Cum autem de anno 1638, varia suborta fuissent controuersie inter dd. Canonicos, & Capellanos, Ordinarius sententiam protulit, in qua inter cætera mandauit, ut in posterum l. partit. che si porporranno in Capitulo non s'intendano vini se non per li due terzi de voti, come si costuma dal Capitulo della nostra Cathedrale, & dalle collegiata della Città ab hac sententia Canonici appellarunt, & causam appellationis committi obtinuerunt Ordinario Pisarum, hincque super incidenti interposita per Capellanos appellatione, & causa ad Rotam deuoluta, dubitari an suffragia votorum suffi. iant pro maiori parte, & affirmatiue fuit responsum.

2. Quia clara est iuris regula, quod id, quod fit à maiori parte Capituli, dicatur à toto Capitulo factum, ut textus in c. 1. de his, quæ sunt à maior. part. Capit. ibique DD. communiter l. quod maior. ff. ad municip. Ioan. Andr. in c. quod omnes num. 8. & segg. de reg. iur. Abb. in *conf. 57. num. 1. lib. 4. Castad. dec. 2. num. 2. de iure part.*

3. Quod eò magis venit dicendum in presenti, vbi apparet ita fuisse seruatum ab anno 1579 citrà in resolutionibus capitularibus extractis ex libro ipsius Capituli *Ann. Canonicoorum n. 2.* qui quidem liber, uti retentus ab officiali deputato per Capitulum sine dubio probat inter ipsos Capitulares, Ancharan. *lum. 9. 60. n. 6. lib. 1. Genua de seruitura priuata, lib. 1. ii. liber. Capit. alicuius Eccles. fil. 20.* Vnde resultat etiam longæua obseruantia, cum tamen, ex quo sumus in materia iuris conformi, non quadragenaria requiretur sed decennalis sufficeret iuxta. *Gloss. in verb. consuetudo in c. fin. de consuetud. in c. Felin. in c. statumimus n. c. de maiorib. & obed. & tradunt communiter Canonistæ in c. fin. de constit. Rot. coram Caualer. dec. 107. n. 2.*

4. Nec obstat, quod aliquando in dd. resolutionibus interuenierint duæ tertiæ partes Capituli, quia in maiori parte inest minor l. 1. §. si stipulantiff. de verb. oblig. l. 3. ver. si quia plus ff. de adim. legat. l. qui concubinam §. 1. ff. de legat. 3. Ad docendum autem, quod duæ tertiæ partes requirantur, opus esset probare quod resolutiones Capitulares factas cum minori numero votorum fuerint irritæ, nam aliàs actus remanent æquiuoci, cum forsitan casus tulerint ut duæ tertiæ partes conuenerint, & per consequens inde desumi nequit probatio contrariæ consuetudinis, *Aretin. conf. 115. num. 3. c. in presentia, & ibi Dec. n. 58. de probationib. Rot. dec. 240. n. 2. & dec. 394. num. 6. p. 2. diuers. & coram Burat. dec. 464. n. 6.*